



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

R[everendissi]mo In Christo Pat. Ac Domino: Dn. Martino, insignis
Monasterij S. Blasij in nigra sylua Abbati dignissimo: Domino suo
perofficiosè colendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



R^{mo}. IN CHRIS-
STO PAT. AC DO-
MINO: DN. MARTINO,
insignis Monasterij S. Blasij in
nigra sylua ABBATI dignif-
simo: DOMINO suo
per officio tē co-
lendo.

Nihil quidem
de perfectione vi-
tae Christianae re-
ctius, explicati-
us, utiliusq; dici ac scribi po-
test, Rme. in Christo, Pater,
Domine colende, quàm qua
a 2 de

Th.

EPISTOLA

de eadem nobis in Scripturis
sanctis tradita ac commēda-
ta sunt. Sed cū ista in pro-
fundo S. Scripturarum ocea-
no, ceu vari flosculi in latissi-
mo campo, longè à se inuicem
disiuncta sint, non sufficit hu-
manus animus ad ea capeffen-
da, conseruandaq; donec in
quendam velut fasciculum
collecta, continuè prae oculis
haberi, crebrius legi, memo-
riaq; mandari possint.

Quod sapienter sanè plu-
rimi doctrina pariter & pie-
tate praestantes viri Patres
perspexerunt, qui tam latè
spars

DEDICATORIA

sparsos sacrarum Scriptura-
rum flosculos, in varios fasci-
culos piarum institutionum,
lectionum, orationum, me-
ditationum, & similes colle-
gerunt, ut humani ingenij
imbecillitati, ad res illas sub-
limes cognoscendas, & in ve-
rilitatem mentis ac corporis
transferendas; piam opem
afferrent.

Inter quos sacrorum flos-
culorum collectores non infi-
mus fuisse credendus est hu-
ius spiritualis Pugna primus
autor, qui pio humilitatis stu-
dio nomen suum reticuit.

Quip.

Th.

EPISTOLA

Quippe in Tractatu hoc per breui, ordinatissimè ac perspicacissimè complexus est omnia, ad spiritualis vitæ optimam perfectonem parandam necessaria: quæ alij multis ac magnis libris vix assecuti sunt. Quod fecit, ut ego Versionem eiusdem Tractatus ex Germanico in Latinũ sermonem hoc libentius susceperim, ne tam pretiosus optimarum gemmarum thesaurus, à piorum, præsertim Ecclesiasticorum, qui latina malunt legere quàm germanica, p̃ys vsibus subtraheretur.

Quan-

DEDICATORIA.

Quanta autem in hoc the-
sauro, & quàm pretiosa dis-
uitia recondita lateant, equi-
dem paucis verbis neq; possũ,
neq; debeo explicare: quòd
magnis de rebus dicere pau-
ca, easdem est obscurare, &
reddere abiecta. Illud tamen
pium lectorem commonesfa-
cere non intermittam, ne
perfunctoria lectione libellũ
hunc transcurrat: sed quod-
libet capitulum tertio, quar-
toq; legat & relegat, donec
senserit se eius intelligentiam
animo concepisse. Cumq; hac
diligentia totum perlegerit:

a 4 de-

Th.

EPISTOLA

denuò legendum suscipiat,
& quod legit, in mentis, om-
niumq; interiorum & exteri-
orum virium suarum instru-
ctionem, directionemq; trans-
ferat: in eoq; sic pergat, donec
totum absoluerit. Tandem
eundem hunc libellum tan-
quam ditissimum spirituali-
um pharmacorum myropoli-
um, semper in promptu habe-
at, ut quoties se medicina in-
digere cognoverit, protinus
eam inueniat, & quò opus fu-
erit adhibeat. Plura non mo-
neo, ne alacrem lectorem po-
tius deterream quàm inuitē.

Hunc

DEDICATORIA.

Hunc ergo sublimem, pretiosissimūq; thesaurum spiritualium gemmarum, seu instructissimum myropolium optimorum pharmacorum mysticorum, Rmæ. Pat. Tuæ, eiusq; religioso conuentui, ante alios offero ac dedico: ut ex vestro spirituali profectu gloriosaq; ex hac pugna parta victoria; cæteri in vos aspicientes, ad eandem pugnam aggrediendam reddantur animosiores. Hæc enim illa pugna est, in qua, iuxta Apostoli verbum, non coronatur, nisi qui legitimè certauerit.

Et

Th.

EPISTOLA

Et vobis quidem vestriq; simi-
libus, ante alios Christianos
hæc pugna conuenit; quòd ab-
ieceritis impedimēta secula-
rium curarum, vt expeditius
cum hoste possitis conflagere,
faciliq; victoriam obtinere.
Quod equidem vobis & om-
nibus opto ex animo: & me
vestris coronis participem fi-
eri confido. Vt. Rmæ. Pat. Tua
in Domino quàm optimè, &
me solito fauore benignè pro-
sequatur. Friburgi Brisg. die
XXI. Iulij: M. D. IC.

Rmæ. Pat. Tuæ

Obseruans

Iod. Lorichius S. The-
ol. D. & Professor.